



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Petrus M. 29. Aprilis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

Cùm in vinculis mirâ luce micaret,  
XL. senatores veritatis claritate p̄estri-  
ðti, unum ac verum Numen sunt pro-  
fessi , eamque ob causam flaminis ab-  
sumpti. Non multò post sedecim pue-  
ros senatorum filios ad tribunal addu-  
xit , hæsitque alienato à sensibus in  
Deum animo : pueri in proposito con-  
stantes extincti. Piscatores octo supra  
quadragesima sic amore Christianorum  
sacrorum accendit, ut unà ad suppliciū  
contenderint, jugulumque ferro subje-  
cerint. PAPHNVTIVS quadrifariam  
distractus, membraq; in templi tectum  
jactata hominibus ludibrium , pabu-  
lumque fœdis avibus futura. At dis-  
iectas corporis partes Angelus confla-  
vit, Christusque vitalem spiritum resti-  
tuit. Cujus prodigii magnitudine multi  
ad Ecclesiam adjuncti, fidem sanguine  
consignarunt. Ad extremum, molâ ad  
collum deligatâ, in undas præcipitatur  
PAPHNVTIVS. Sed pondere lapidis  
divinâ manu sustentato , cùm mergi  
volens non posset, in crucem actus exi-  
miorum certaminum in èa arbore,  
quæ fortes omnes coronat, palmam tu-  
lit. Ex Metaphr.

S. PETRVS M. 29. Aprilis.

PETRVS Veronæ parētibus hereticis  
ortus , septimo ætatis anno duode-  
na credendi capita in scholis perdidice-  
rat,

R.  
et,  
tri-  
ro-  
ab-  
ue-  
du-  
in  
on-  
pra-  
um  
ciū  
oje-  
n-  
um  
bu-  
dis-  
fla-  
sti-  
ulti  
ine  
ad  
tur  
dis  
ergi  
exi-  
tu-  
cicis  
de-  
ce-  
rat,  
29. A P R. *Vitæ Sanctorum.* 237  
rat, itaque fixa animo retinebat, ut nullis unquam imperiis ad eorum veritatem improbandam compelli posset. Institutionem deinceps D. Dominici per vitam sectatus, speciosum Prædictoris nomen rebus æquavit: quippe tanto populi studio frequentiaque concionabatur, ut ægrè per confertam multitudinem sellâ gestatus evaderet in suggestum. Dicta factis & prodigiis affirmavit, validissimâ persuadendi ratione. Valuit præcipue adversus devios ab Ecclesiæ fide, vim contrariam paternæ perfidiæ sortitus. Fuit, cum à Deiparâ, quod olim à Servatore cognominis Apostolus audivit: *Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua. Quo* patrocinio constantiam tenuit usque ad sanguinis vitæque jacturam: etenim lethalibus aliquot illatis ab heretico vulneribus, repetens Catholicae veritatis à magistro instillatae confessionem, unam mortem plurimis de sacrilegâ festâ palmis repensavit, ad annum Christi MCCLII. Subinde conspectus est in cælo, Mariæ, cuius ope illuc eventus erat, lateri adjunctus: quodque viventi jam concesserat Deus, post fata insigni miraculorum famâ illuxit. Tantum interest à teneris cum recto verum combibisse, quibus semel imbuta mens, ut vasa recentia, odorem pri-  
mum servabit. *Ex Surio.*

S.HV-